



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones
Lectissimorvm Casvum**

Diana, Antonino

Antverpiæ, 1645

Caritas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41753

Imò qui sciens aliquem conspirasse cōtra Cardinalem, non denuntiat, incidit in excomm. latam à Pio V. quamuis per correptionem fraternalm emendatio speraretur. Bonacín. & Alterius. Ipsí tamen se percutientes non incurruunt censuram Bullæ Cœnæ. Botacín. *ibid.* ref. 81. 82. 88. 92. 87. 89. 84.

Caritas.

1 PRæceptum dilectionis Dei obligat
ut non diu differatur post adeptū
vsum rationis. 2. in fine vite. 3. aliquo-
ties in vitâ, ita ut saltem non differatur
ultra tres, vel quatuor annos. Suar. &
alij 2. Quamuis alij velint solùm obli-
gare in articulo mortis. Vasq. & San-
cius p. 5. tr. 14. ref. 105.

2 Ut quis teneatur alienæ saluti cum
vitæ suæ periculo opem ferre, debet
salus alteri esse physicè impossibilis nisi
ego succurrām. Aliud tamen est in iis
qui ex officio obligantur, vt Pastores.
Hurtad. ibid. tr. 13. ref. 24.

3 Non teneris cum discrimine vitæ
propriæ adire, & absoluere illum, qui
in articulo mortis putat se non habere
contritionem, & ideo petit Confessa-
rium, nisi fortè talis esset ita rudis, ve
vel

vel uesciret contritionem esse necessariam, vel modum illam excitandi. Nauarr. & Coninc. quamuis contrarium doceant Suar. & alij 3. Neque cum simili periculo docere, qui ab haeretico concionatore seducuntur, ita ut vincibiliter veritatem ignorent: vel qui cum eadem ignorantia contractum iniustum celebrant: vel cum quis filiam vult prostituere, et si filia illa videatur spiritualiter peritura. Coninc & Lorca. contra Valent. Neque si infans alias sine baptismo sit moriturus, ut docet Sotus & Sa. Sed in hoc contrarium affirmant Suarez & alij 7. p. 3. tr. 5. ref. 50 & 51.
 4 Qui est in peccato mortali, non tenetur pro aliena salute vitam suam periculo exponere, nisi periculum esset mortis inferendae in odium fidei, vel pietatis; quia enim tunc esset martyrium, sola attrito sufficeret: alias contritio semper potest esse dubia. Hurtad. p. 5. tr. 13. ref. 23.

Carthusianus.

Carthusianum extra hunc morbum, seckiso etiam scandalo, non posse comedere carnes sine peccato mortali, communius docent Vasqu. Salas. Nauarr.